

Argumentum

Breviter narratur de prima pugna inter Romanos et Pyrrhum, Epirotarum regem, qui in Italiam venit ad Tarentinos adiuvandos. Captis exploratoribus, consul M. Laevinus ostendit eis omnem exercitum ut Pyrrho Romanam vim renuntiarent. Pugna committitur: Pyrrhus iam fugiturus est, cum Romani, elephantis territi, fugae se dant. Pyrrhus magno honore obsides tractat et hostes mortuos sepelit, eorum virtutem laudans.

Prima pugna inter Romanos et Pyrrhum

1	Eodem tempore Tarentinis, qui iam in ultima Italia sunt, bellum indictum est, quia legatis
2	Romanorum iniuriam fecissent. Hi Pyrrhum, Epiri regem, contra Romanos in auxilium
3	poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit, tumque
4	primum Romani cum transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum consul P.
5	Valerius Laevinus, qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, iussit eos per castra duci, ostendi
6	omnem exercitum tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrrho quaecumque a Romanis agerentur.
7	Commissa mox pugna, cum iam Pyrrhus fugeret, elephantorum auxilio vicit, quos incognitos
8	Romani expaverunt. Sed nox proelio finem dedit; Laevinus tamen per noctem fugit, Pyrrhus
9	Romanos mille octingentos cepit et eos summo honore tractavit, occisos sepelivit. Quos cum
10	adverso vulnere et truci vultu etiam mortuos iacere vidisset, tulisse ad caelum manus dicitur
11	cum hac voce: se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent.

1. PARAFRASI. Aiutandoti con il riassunto, inserisci la parola adatta declinandola o coniugandola nella forma richiesta dal testo (max 8 punti)

Romani Tarentinis bellum _____, cum legatis Romanorum iniuriam fecissent. Tum venit in Italiam Pyrrhus, qui Tarentinos _____. Postea consul P. Valerius Laevinus, missus contra Pyrrhum, Epirotarum _____ cepit qui per _____ ducti, Pyrrho Romani _____ vim renuntiarent. Commissa mox pugna, dum Pyrrhus _____, Romani, elephantis territi, in fugam effusi sunt. Deinde, Epirotarum rex _____ obsides cepit, eos summo honore tractavit et iussit Romanos occisos _____.

Adiuvo, -as, adiuvi, adiutum, -āre

Castrum, -i; castra, -orum

Exercitus, -us

Explorator, -oris

Fugio, -is, fugi, fugitum, -ēre

Indico, -is, -dixi, -dictum, -ēre

Multus, -a, -um

Sepelio, -is, -pelivi/pelii, -pultum, -ire

2. Leggi le seguenti affermazioni e barra la risposta esatta. (max 8 punti)

1	Cum a Tarentinis Romanorum legati offensi essent, Romani bellum indixerunt.	V	F
2	Tarentini contra Romanos ab Epiri rege auxilium petiverunt, qui primus hostis transmarinus fuit.	V	F
3	Pyrrhi exploratores per Romana castra ducti sunt ut interrogarentur.	V	F
4	Romani primo impetu profligati sunt.	V	F
5	Proelio confecto noctis adventu, plurimi obsides Romani capti sunt.	V	F
6	Milites interfecti insepulti manebant.	V	F
7	Romani milites cum dignitate ceciderant.	V	F
8	Pyrrhus dixit se totum orbem recturum fuisse, si sibi milites audaces ut Romani fuissent.	V	F

3. Scegli la risposta corretta tra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)** (max 6 punti)

1. Cur Tarentini cum Romanis pugnauerunt?

- a) Quia Tarentini invidebant Romanis
- b) Quia Tarentini non tolerabant iniquam Romanorum adrogantiam
- c) Quia Tarentini iniuriam Romanis facere volebant
- d) Quia Romani non toleraverunt adrogantiam Tarentinorum.

2. Ubi vivebat Pyrrhus?

- a) In Epiro, Italiae regione
- b) In Epiro cum Achille
- c) In Epiro apud Romam
- d) In Epiro: nam is ab Achille oriebatur.

3. Cur Valerius Laevinus aperuit Romanorum castra?

- a) Volebat ponere finem bello, Pyrrhum terrore afficiens
- b) Volebat esse socius Pyrrhi
- c) Quia sperabat Achillem venturum esse in Romanorum castra
- d) Quia valde Pyrrhum timebat.

4. Uter exercitus primam partem pugnae vicit?

- a) Tarentini cum elephantis Pyrrhi
- b) Romani, qui Pyrrhum fugaverunt
- c) Tarentini auxilio deorum
- d) Ambiguum fuit initium pugnae.

5. Cur Pyrrhus Romanos vicit?

- a) Quia misit ignota animalia in Romanorum copias
- b) Quia Pyrrhus fugit elephantorum auxilio
- c) Quia elephantum auxilium Romanis tulerunt
- d) Quia nocte elephantum, Romanis ignoti, supervenerunt.

6. Quid fecit Pyrrhus post pugnam ut suam humanitatem ostenderet?

- a) Pyrrhus curam habuit elephantorum quos valde diligebat
- b) Pyrrhus se abstinuit ab omni crudelitate in captivos Romanos
- c) Pyrrhus post victoriam gratiam tulit deis
- d) Pyrrhus sine praemiis aut mercede auxilium tulit Tarentinis.

1	2	3	4	5	6

4. **Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano e RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante) (max 8 punti)**

1. R. 1 **quia** introduce:
 - a) Una proposizione relativa
 - b) Una proposizione causale oggettiva
 - c) Una proposizione temporale
 - d) Una proposizione causale soggettiva.
2. R. 3 **cum** è:
 - a) Preposizione
 - b) Congiunzione temporale
 - c) Congiunzione subordinante
 - d) Congiunzione correlativa.
3. R. 5 **duci** è:
 - a) Un sostantivo in dativo
 - b) Un verbo all'indicativo perfetto
 - c) Un verbo all'infinito
 - d) Un aggettivo in ablativo.
4. R. 6 **quaecumque** è:
 - a) aggettivo relativo indefinito
 - b) pronome relativo
 - c) aggettivo indefinito
 - d) pronome relativo indefinito.
5. R. 7 **auxilio** è:
 - a) Complemento di modo
 - b) Complemento di mezzo
 - c) Complemento di termine
 - d) Complemento di vantaggio.
6. R. 9 **Quos** è:
 - a) Pronome relativo
 - b) Pronome indefinito
 - c) Pronome interrogativo
 - d) Nesso relativo.

7. R. 10 **manus è**

- a) accusativo plurale
- b) genitivo singolare
- c) nominativo singolare
- d) nominativo plurale.

8. R 11 **se è:**

- a) Pronome riflessivo terza persona plurale soggetto
- b) Pronome riflessivo terza persona singolare soggetto
- c) Pronome riflessivo terza persona plurale complemento oggetto
- d) Congiunzione subordinante.

1	2	3	4	5	6	7	8

5. **Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito** (max 6 punti)

- a. r. 1: *quia legatis Romanorum iniuriam fecissent*
quia legatis Romanorum iniuria _____.
- b. r. 5: *cum exploratores Pyrrhi cepisset*
postquam exploratores Pyrrhi _____.
- c. r. 5: *iussit (...) ostendi omnem exercitum*
imperavit ut omnis exercitus _____.
- d. r. 7: *Commissa mox pugna*
Cum mox pugna _____.
- e. r. 8: *Sed nox proelio finem dedit*
Sed nocte proelio finis _____.
- f. r. 9: *occisos sepelivit*
eos qui _____ sepelivit.